



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**Ex Illvstrissimo Cardinali Bellarmino Epitome
Controuersiarum Omnia huius Aeui
Lvthero-Calvinisticarvm Sub diuersis Titulis bis
Quadripertitis digestarum**

Coppenstein, Johann Andreas

Mogvntiae, 1624

Nvncvpatoria Serenissimo Leopoldo Archidivci Avstriæ &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-11726

NVNCVPATORIA

SERENISSIMO

LEOPOLDO
ARCHIDVCI
AVSTRIÆ &c.

DOMINO MEO AC PATRONO
CLEMENTISSIMO

AGERE FELICITER.

Omnia tempus habent; Ortaq; occasum;

Et Hæreses suum illud Æui quinti decimi HABVERUNT; quo turbas Ecclesiæ, Imperioque dederunt, ac animarum strages, heu, nimium quantas! Hoc nostro, speramus, deseuient, & occident. Venit iam tempus Messis, quando MESSORES; hi, VERBI Diuini; isti, BRACHII sæcularis, Falce colligent zizania.

Collegi pleraque Controversiarum Omnia vnum in Fasciculum, Compendio quanto minimo: Ut sit Usui tum vniuersis, tum præsertim adlaboraturis ad animarum, in Seducto Palatinatu, alubique latè, Reductionem. Hic finis: Medium, in cæteris illud.

Collegit nuper Manuale Controversiarum Quæstionum R.
(:) 3

DEDICATIO.

num R. P. Becanus; Sed carptim, ac saltuatim Aliquas : & has S.^e Cæs. Maiestati consecrauit ; ac Principi Iuuentutis etiam Compendium Manualis.

Collegi post ipsum ordine ut singulas, ita ferè Vniuersas controuersias Æui huius , ac Orbis: Delegi P A T R O N V M ijs Evm, quem vniuersum spectat æuum hoc, & orbis: vt ad Summa natum, datumque Omnia, T E Germanum S.Cæs. Maiestatis.

Si confutatarum Pars illa Controuersiarum Becaniana, dicata S. Cæs. Maiestati, accidit grata: hæc mea Vniuerſarum Epitome Coppensteiniana F R A T R I I M P E R A T O R I S R O M . accidere nequibit ingrata. Hæc spes certa mihi: potissimum, quando Clientes ambo in eandē Ill.^{mi} Bellarmini syluam cæduam iuimus lignatum; & in eandem Serenissimam comportauimus D O M V M A V S T R I A C A M , qualecunque Munusculum.

Quò mihi dubia minus diligendi esse P A T R O N I delibera-
ratio debuit, & OPERIS DEDICATIO, ad Evm humiliter deferenda; C VI CÆSAR, D E V S , & Orbis deferunt Omnia:
Quem seduēto, & bis destructo Palatinatui

D E V S D E D I T D E V M :

Adeò in Sacra Serenitate V.^a verum isthoc: *Homo homini Deus. Quare*

Sic TIBI de nostris annis D E V S augeat annos;
Vt Ser.^{tas} V.^a O R B I S O C V L V S , in oculis est omniū, Dei Gra-
tiā, suoq; Merito: Vtq; plurium Ordinis nostri Dominica-
ni Conuentū esse P R O T E C T O R amat; & plurium erectorum
in Palatinatu R E S T I T U T O R erit: ita & mei FF. P rædicatorum
minimi, in CÆSAREA Metropoli Palatina H E I D E L B E R G A
Paro-

DEDICATIO.

Parochi, Operisque huiusc mei, esse CLEMENTISSIMVS PA-
TRONVS vt dignetur

Suppliciter ORO.

Omnibus Oro Tvis Devs vt Conatibus adstet;
Omnes Conatus Summis Heroibus æquet:
Denique Te DIVVM Diuorum Vendicet astris.

Dam h̄i, da DEVSeſſe Poëtam posſe Prophetam!

Seren^{tiis} V*

Humillimus in Christo Seruus

F.Ian.And.Coppenstein.

